

(17) Canon. 7. miri multo mirius placet q̄ ille in cuius locū subrogatus est. Nam ille tacebat ueritatem, que uidebatur necessario explicanda, hic uero eandem ueritatem tacet, et multa ambigua et difficilia inuoluit que non incidenter, sed præmissa diligenti Theologorum disputatione et Patrum conquisitione essent definienda. Primum, in eo non definitur Episcopus esse institutus a Christo, sed Christum instituisse ut essent in Ecclesia epi: hæc aut sunt ualde diuersa. Nam si Christus nullū instituit sacramentum, sed eorum institutionem Ecclesie comisit et uerū diceretur Christum instituisse ut essent in Ecc. sacramenta falso uero Christum instituisse sacramenta. Dicere ergo Christum instituisse ut essent epi in Ecc. perinde est ac si dicatur Christum Petro comisisse at eius successoribus ut instituerent Ep̄os, definitur ergo his uerbis opinio cardinalis de turrecremata, quæ ab schola Theologorum ex glosa hactenus exulabat.

Deinde cum dicitur Episcopus Presbyteris esse superiores non explicatur quo iure, si intelligitur humano fauet hæreticis, et ferit Catholicos; si diuino, taceri non debet, ut manifeste feriantur hæretici contrarium dogmatizantes.

Præterea illa uerba (eos cum in partem sollicitudinis a Pont. Rom. eius in terris uicario assumuntur non esse ueros et legitimos et cum uniuersalia sint excludunt a uera ratione Episcoporum Petrum et Timotheum, qui assumpti sunt a Paulo, cui y, qui uidebantur columnæ esse, ut ipse gloriaretur nihil contulerunt, uersus eisdem uerbis damnatur opinio quorundam Theologorum doctissimi Apostolos accepisse a Christo potestatem instituendi sibi successores quibus eadem potestas tradita est, reseruatam tamen esse uis hoc a sumis Pont. hæc inquam, opinio damnatur inaudita, et inuis, cussa.

Accidit ad hæc quod illa uerba ambigua sunt. siquidem duplicem possunt facere sensum; alterum, ut illis significetur summum Pont. assumere Ep̄os ad particulares Ecclesias, cum particula, in sollicitudine, et non cum plenitudine potestatis, quam

solus ipse in tota habet Ecc^a. et hic sensus uerus est, et Ceterum
in quo accipienda sunt uerba illa si quando apud Patres reper
antur. Alter sensus est, quod tota Ecclesiae sollicitudo sol
et eius successoribus a Christo commendata est, a quibus Epi in
sollicitudinis assumuntur, et hic sensus est de quo inter Patres
controuertitur. quidam enim adherentes sententiae Card. de
cremata dicunt soli Petro cum suis successoribus datas esse
immediate a Christo clauis Ecc^a, atq; solum ipsum constitutum
esse ab eo Ecc^a sua pastorem, ea potus^m ratione, quia soli dicitur
est Tibi dabo clauis Regni & pasce oues meas & ipsum uer
spiritu sancto afflatum in partem suae sollicitudinis Ep^{os}
sumpsisse, qui uice sua, et tanq; eius uicarij particulares
gubernarent, ac prouide liberum esse summo Pont. sine qu
cuius causa restringere epi potestatem, eum suspendere,
omnino primare, sicut in h^{is} lib^{erum} est tollere uicarium
sine ulla eius, aut Ecc^a mea iniuria, et hinc est quod no
admittant epos esse institutos de iure Diuino, presbytris
superiores nisi addatur quatenus ad potestatem confirm
et conferendi ordines attinet.

Alij uero Patres dicunt illis uerbis tibi dabo clauis & pa
oues meas & datam esse Petro, et eius successoribus in Ecc^a
plenitudinem potestatis. sed negant solum illum constitutum
fuisse a Christo pastorem in Ecc^a, aut soli datas fuisse clau
asseruantes quod quemadmodum Christus instituit Pe
Ecc^a Pont. max^m cum potestatis plenitudine perpetuo in
eius successoribus duratura. et quemadmodum instituit
72 discipulos sacerdotes cum potestate sacerdotali in suc
cessores transitura, ita instituisse reliquos et postulat
Epos, cum potestate Ep^{at} in eorum successoribus usq; in fine
saeculi duratura, et inde contendunt absolute, et sine
hunc esse institutos a Christo, esse tam Catholicam ueritatem
q; est summum Pont. et sacerdotes esse institutos a Christo
cui snia tanq; certa, et indubitata, et s. scriptura, et
Patrum consona me subscribo

129
86
Et ut dilucide fundus controversae appareat, separabo eam
quibus omnes conveniunt ab his, in quibus dissentiunt, primo
certum est quidquid fuerit in primitiva Eccl^a tempore Apostolorum
nunc nullum esse verum, et legitimum Ep^m nisi is a summo
Pont. Eccl^{ae} proficiatur, sed eum qui alia via sibi assume,
ret Eccl^{iam}, quia non imbat per ostium, non pastorem,
sed furem esse, et latronem.

Secundo certum est sum. Pont. iure Divino esse ceteris Ep^{is}
superiorem, habereq^{ue} in Eccl^a plenitudinem potestatis, atq^{ue} ea
ratione posse cuiuslibet Epⁱ iurisdictionem ex causa mode-
rari, et omnino tollere, si id iudicaverit in edificationem
Eccl^{iae} esse. Nam in destructionem nulla est a Christo data
potestas.

Terho certum est q^{uo}d quando Pres^{es}, qui posteriorem tinentur
sententiam, dicunt Ep^{os} iure Divino esse institutos non ita
deserunt, ut dicere velint, sp^m sanctum, per aliquem
caminum, ut a quodam R. Pre^{te} dicebatur, descendisse
ut poneret eos ep^{os} regere Eccl^{iam} Dei, neq^{ue} a Chr^o quem ad
modum Paulum fuisse vocatos. sciunt enim q^{uo}d postq^{uam} Chr^{us}
Redemptor n^{ost}r ascendit in caelum per homines carne velut
Eccl^{iam} suam gubernat, cum quibus se futurum usq^{ue} ad
consumationem saeculi pollicitus est. Non ergo ignorant se
Eccl^{is} suis fuisse prefectos per sum. Pont. tanq^{am} per Vica-
rium Chrⁱ, et eius ministrum, sed dicunt se h^{ab}ere Ep^{iscopalem}
dignitatem sicut ordinem sacerdotalem immediate a Chr^o
tanq^{am} a causa principali, et huius dignitatis institutore
eamdem vero h^{ab}ere immediate a sum. Pont. tanq^{am} a causa
ministeriali dissentientes ab his, qui dicunt se institutos a
Chr^o mediate, a summo vero Pont. immediate, tanq^{am} a
causa secunda sicut immediate homo generatur ab h^{ab}ere
mediate vero a Deo qui S^{emini} dedit virtutem generandi.

His praelibatis, accedamus iam ad probandum quod non
Soli Petro cum suis successoribus datae sint claves Eccl^{iae}

immediate a Crō, nec solus fuerit ab ipso Eccl^a pastor con-
stitutus, et ut hoc stmel dicamus, ne sit opus uerba inuenire, quod
uerbis Tibi dabo clauas zō Crōs Petro promisit illis - pa-
stres meas zō exhibuit, si igitur probaui alys a Petro
Crōm clauas dedisse probaui etiam alios pastores con-
stituisse, et e conuerso

Quod autē non soli Petro dederit clauas tam certum est, ut si quis
illud pertinaciter negaret esset hereticus cum iam sit ab Eccl^a diffini-
tum in Cone^o Lateranensi et habetur in c. firmiter de sum. Trm. et
fide Cath. cuius uerba sunt hoc sacramentum id est Eucharistia, nec
potest conficere nisi sacerdos rite ordinatus secundum clauas eccle-
siasticas quas ipse contulit Apostolis, et eorum successoribus Iesus Christus
Sicut hie sermonem fieri de potestate ad ordinandum quam po-
teant Epōs hie a Crō immediate, sed reuera Cone^m non dicit
ipsis a Crō clauas esse collatas p̄cise ad ordinandum, sed ab-
solute, et sine limitatione dicit clauas Eccl^a Apōstolis et eorū successoribus
esse collatas, nec Apōstolis ut ipi fatentur datae sunt clauas solum
ordinandum sed etiam ad gubernandum. ergo idem censendum
est de eorum successoribus q̄q̄ mihi satis est probasse clauas
quas Crōs promisit Petro. promisit enim etiam clauas ad
ordinandum non soli Petro datas fuisse quod confirmatur
p̄t̄as consecrandi Eucharistiam retinendi et remittendi
potestate quam sacerdos habet immediate a Crō ad clauas illas
pertinet, de quibus Dominus Petro tibi dabo clauas ergo
soli Petro Crōs promisit clauas dedit etiam sacerdotibus
secundum mensuram donationis suae.

Secundo probatur non solum Petrum fuisse a Crō Eccl^a
pastorum constitutum, ex Apōstolis ad Epōs. 4. ipse inquit posuit
quosdam quidem Apōstolos quosdam Euangelistas quosdam presbiteros
alios uero pastores et doctores zō nec est euasio dicere
Paulus dicit Crōm fecisse quod eius uicarius fecit. primo
potest Crōs epōs sicut sacerdotes includisse quibus ergo

verbis Aptus ita factum esse significantius explicari potuisset
 & illis ipse possunt dicit. deinde falsum est dicere (omnino) instituisse
 sacramentalia consecrationem templorum &c., cuius vicarius fecerit
 quia effectus attribuuntur causis secundis. Ergo si Petrus tamq[ue]
 causa secunda instituit Eos, falsum dixisset Paulus dicendo
 ipsam (omnino) eos in Ecc[lesi]a potuisse quod nefas est dicere. Præterea
 ipse (omnino) immediate posuit in Ecc[lesi]a sua Aptos prophetas, et
 Euangelistas ergo ipsi immediate posuit pastores, et doctores.
 quis enim audeat ita conuenire cum eodem tenore Paulus
 de omnibus his gradibus loquatur quis enim audeat ita con-
 torquere scripturam, ut dicat (omnino) immediate posuisse in Ecc[lesi]a
 Aptos, prophetas, et Euangelistas, mediati uero pastores et docto-
 res cum eodem tenore Paulus de omnibus his gradibus loquatur.
 quis præterea ausit dicere non esse Diuinam institutionem
 quod Paulus (omnino) fecisse assererat, cum ius Diuinum sit
 quod condidit Deus sine peccato si, sine peccato alium promulget
 nec sola Theologorum aliam distributionem iuris Diuini
 agnoui, nisi in posituum, et naturale.

Basil. de uita solitaria ca. 13. hoc inquit ab ipso (omnino) docemus
 qui Petrum post se Ecc[lesi]a sua pastorem constituit Petre enim,
 inquit, amas me! pasce oues meas, et consequenter omnibus pa-
 storibus et doctoribus eandem potestatem tribuit absolute dicit
 Petrum pastorem constituisse, absolute dicit omnibus pastoribus
 eandem potestatem tribuisse. ergo utrisq[ue] immediate non enim
 fas est sic diuidere Patrum sententias ut eadem clausula
 in uarios, et diuersos sensus torqueatur, nulla cogente
 scriptura, aut Ecc[lesi]a distributione.

Leo magnus serm. 3. in anniuersario assumptionis sue ait
 cum dixit, (omnino) Petro tibi dabo claves &c. transit in alios
 Aptos uis potestatis huius, et ad omnes Ecc[lesi]a principes decreti
 huius constitutio. ^{immediate} comenit in Aptos aut uis illius potestatis.
 immediate transiit ergo ad omnes Ecc[lesi]a principes decreti
 huius constitutio immediate comenit. Non enim est cur alterum
 membrum eiusdem clausula immediate alterum uero mediate

intelligatur. neq; est aspernandum quod Leo magnus Ep^{os} Eccl^e
principes appellet, quem secutus est secularis ad literam expli-
cans illa uerba Matthei, quis putas est fidelis seruus, et primum
quem constituit dñs et ubi Ep^{os} principes appellat, et constitutus
esse a Dño super familiam suam interpretatur. nunq; aut illi
scilicet Pres, praesertim Leo eos principes Eccl^e appellasset si suos
uicarios agnouisset, neq; ut alias dicebamus summi Pont. ceteri
Ep^{os} fr̄es, et coep^{os} nuncuparent, et uicissim ab ipsis nuncuparentur
si ab ipsis sicut legati haberent potestatem. nam quamquam
nunc epus qui sum. Pont. fr̄em, et coep^m appellaret fortasse
ut quidam Ep^{us} pater dicebat, risum faceret, quia loquens
est ut multi tamen certus sum Ciprianum suo seculo risum
non fecisse, quia B. Cornelium Papam frequenter in suis ep^{is}
fr̄em et consacerdotem appellauit

Ambrosius in Paschali: ut inquit, iam nihil est si clauis illa
regni celorum quas in b. Petro Ap^{to} cuncti suscepimus sacra-
dotes minime resecuaueris. non dicit a b. Petro sed in b. Petro
a Christo et Paulo, post repetitum est a Dño 3^o. pascue oues meas.
quas oues, et quem gregem non solus B. Petrus suscepit, sed
nobiscum eas suscepit, et cum illo nos suscepimus omnes.
unde nobis regenda traduntur tria dicit Ambr. primum quod
non solum b. Petrus suscepit oues: secundum, quod nobiscum
eas suscepit, et nos cum illo. ergo non ab illo sed a Christo et
illo. tertium est, quod inde est, quod regenda nobis traduntur
quia eas cum Petro suscepimus. ergo non humana
ordinatione, sed diuina institutione

Ciprianus tractatu iij de simplicitate Praelatoru' dicit Christum
dixisse tibi dabo clauis et pascue oues meas et quamuis Petrus
tibi parem potestatem tribuerit, ut unitatem manifestaret ueritatis
eiusdem originem, ab uno interpretem sua auctoritate dedit
sunt. non ergo soli Petro promissa sunt clauis, et deditur
est pascue oues meas, quia ipsi soli essent danda, aut uel
esset constituendus pastor Eccl^e cum ceteris Ap^{lis} parem potestatem

dederit, sed ut unitatem manifestaret e' que uerba statim
de mente s. Thome explicabuntur

Diuus Bernardus lib. 3. de consideratione quia Eugenius
Papa exemerat quosdam Abbates ab Epis meminisse inquit
te uolo parabola Natã, et facinoros; et post multa meomoda ex
emptonum enumerata, ait, si milita, inquit, est uis cuius ser
uari suum, auferre cuius sua uisio quò poterit conuenire
erras, si ut summam, ita et solam institutam adeo ueram
Apostolicam p̄tatem existimas. et paulo post, non ergo tua
sola p̄tis a dño sunt et mediocres sunt, et inferiores monstru
facis si manu subiuens digitum facis pendere de capiti su
periozem manu bracio collateralem. taliter est si in Cori cor,
pore membra aliter locas q ipse disposuit. nisi tu putas alium
esse qui posuit in Ecc. quosdam quidem Ap̄tos r̄. nec uerba
Bernardi recipit iam interpretationem, ut alias p̄tatis intelligat
institutas esse a Cr̄o mediate quia nullam Eugenius faceret inu
riam eximendo Abbatem ab Ep̄o si Ep̄us fuisset eius uicarius
potuisset et respondere Eugenius Cr̄m per suos p̄decessores
ita disposuisse, et p̄sequi uicarius eius erat aliter tunc disponere
non ergo Bernardus opponebat Cr̄m per alios Pont. Eccl. ordinem
disponentem Cr̄o per Eugenium dispensante, neq, opponebat Papam Pepe
sed Cr̄m disponentem Papa dispensanti, et deniq, institutionem Diuinam
dispensationi humane.

Omitto nunc consilium Africanum in Cap. prima sedis, et Pelagium
Papam in c. nullus, et b. Gregorium c. ecce. 99. dicit. qui uno ore
prohibuerit ne quisq, Pont. Rom. uinuersalem Papam, aut Patriarcha
appellaret intelligentis laceratione ordinem Ep̄o, l. Sabastian. si
sum Pont. uinuersalis Papa appellaretur. Omitto etiam alia istius
ria sanctor, per Hmos Patres allata. Accedit tam D. Thomas qui
nobis aduersarius obijctur cum si attentè legatur non contra
nos sed pro nobis sit qui l. 4. summe contra gentiles c. 74. s. et b.
tratat de Hierar. ecc. ut institutio diuina est procedens a minoribus
ordinibus usq, ad primum, et supremum Hierarchiam nihil immixtus
humanã non Archiepos, non Patriarchas ut attentè legenti mani
feste patebit, et cum in c. 74. s. Statuerit ordinem esse sacrametu
in c. 76. inquit quis sit minister huius sacramenti ubi aduocet

tendum est quod cuius est instituire sacramenta, est instituire
sacramentorum, ac proinde cum s. Thomas loquitur de ministro
sacramenti ordinis, intelligendus est de ministro a Christo instituto
de quo sic ait necesse est aliquam potestatem superiorem esse in ecclesia
alicuius alicuius ministerij qua ordinis sacramentum dispense
et haec est Episcopalis potestas. ecce quo s. Thomas dicit Episcopum esse minist-
rum sacramenti ordinis eo quod habeat potestatem superiorem, et
alicuius ministerij potestate sacerdotali, quare autem sit superior
declarat dicens quae, et si quantum ad consecrationem corporis
Christi non excedat sacerdotis potestatem, excedit tamen eam in his quae
pertinent ad fideles. Nam et ipsa sacerdotalis potestas ab Episcopo de-
rivatur, et quicquid ordinum circa populum fidelem est agendum
Episcopo reservatur, quorum auctoritate et sacerdotes possunt hoc quod eis
ordinum committitur, et paulo post sic ergo manifestum est quod summa
potestas regiminis fidelis populi ad Episcopatum pertinet, dignitatem habet
ille, ex quibus manifeste colligitur Thomam tenuisse Episcopum esse mi-
nistrum sacramenti ordinis eo quod sit superior, et alicuius ministerij
sacerdotibus ipsi sacerdotibus ea autem ratione esse
superiorem, quia ipsa sacerdotalis potestas ab Episcopali derivatur, et
summa potestas regiminis fidelis populi ad Episcopalem pertinet dignitatem.
Nam si s. Thomas voluisset ostendere vellet probare Episcopum esse mi-
nistrum sacramenti ordinis eo quod posset ordinare, esset probare idem per
idem. non ergo probat esse ministrum sacramenti ordinis quia
ordinare, sed quia potestas regiminis est potestas regiminis. ubi am-
plius ostendendum est quod potestas regiminis prius natura est in Episcopo
potestas ordinandi. Nam ex eo pertinet ad Episcopum ordinare quia per
Episcopum est ut per ordinationem possit habere sacerdotes qui illi
adhaerent, ad hoc enim ab Episcopo ordinantur ut ex forma ordinationis
perspicuum est deinde D. Thomas post praedicta ait, quod
est necessarium quod in una ecclesia sit unus Episcopus qui sit caput
catholicorum ita necessarium est in tota ecclesia esse unum caput quod
praesit unicuique Christianis. quod aequum nullam vim haberet ad
probandum sum. Pont. esse caput totius ecclesiae iure Divino,
Episcopus eodem iure esset caput sua particularis ecclesiae esse autem
pertinet ad potestatem regiminis. Ergo Episcopus de mente s. Thomae
potestas regiminis iure Divino est superior sacerdotibus. Probatur
cum s. Thomas probaret primatum Petri adducit illa verba

na si s. Tho. vellet
probare opm esse minist-
rum sacra. ordinis
eo quod posset ordinare
ostendere idem per idem
no ergo probat esse minist-
rum sacra. ordinis, quia
posset ordinare, sed quia
potestas illius est potestas
regiminis.

dabo claves etc et inquit ei soli promisit ut ostenderetur potas cla-
 uium per eum ad alios derivanda, per eum dicitur, tamq̄ per supremū
 Christi ministrum non ab eo tamq̄ a fonte, fons enim oīm clarumatum
 Christus est de cuius plenitudine omnes accipimus secundum ipsius
 donationem. Neg. D. Ciprianus in loco allegato comparat sum. Pont.
 fonti arbori soli; ut quidam Pres dixerunt, sed ipsam Ecclesiam cuiq̄
 ipse sum. Pont. radus, riuulus, et ramus est. Non enim potest
 inquit Ciprianus habere Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet
 matrem. uult ergo dicere quod omnes sumus filij Ecclē, q̄q̄ sum⁹
 Pont. et alij Epi creuerunt in Pres, iuxta sententiam d. Aug.
 qui in Psals. 44. ecclē aut non te putis desertam quia non
 uides Petrum, quia non uides Paulum, quia non uides illos
 per quos nata es, de prole tua tibi creuit paternitas, per pa-
 tribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes etc
 Ciprianus ergo non aduersatur d. Thomae dicenti potatem clauium
 per sum. Pont. in alios derivari. quod aut per eum deriuentur
 tamq̄ per ministrum probatur. h̄c quo notandum est quod potas
 clauium duplicem complectitur potatem Ordinis, et iurisdictionis
 et de utraq̄ loquitur Thomas. et uere dicit ambas illas potates
 derivari per sum. Pont. in ceteros, tum sic potas Ordinis de-
 riuatur per eum, tamq̄ per ministrum, ergo et potas iuris-
 dictionis cum utraq̄ deriuetur a Christo tamq̄ principali auctore
 et institutore per sum. Pont. in ceteros, et grauis negatur de
 potate iurisdictionis. quod necessario conceditur de potate Ord.
 non ergo differunt utra potates secundum s. Thomam in medio
 per quod in ceteros deriuantur, neq̄ in fonte a quo deriuantur
 utramq̄ enim deriuari dicit per sum. Pont. sed differunt in
 medio quia potas Ordinis, quia ex natura sua fixam esse
 oportuit, deriuatur per consecrationem potas uero Ordinis,
 quia eam saepe uariari expediebat deriuatur per simplicem
 sum. Pont. inuentionem. habent ergo Epi utramq̄ potatem a
 Christo immediatē per sum. Pont. tamq̄ supremū eius ministrū
 ad se deriuatum, sed potestatem Ordinis per consecrationem,
 iurisdictionis uero per simplicem inuentionem, ut utruq̄ potas
 natura seruetur. Perspicuū ergo est. epos a Christo immediatē
 haberi utramq̄ potestatem; et per consequens de iure diuino

quod D. Thomas opusculis 19. c. 9. ad 3. arg.^m disertis verbis
docet. quærit enim in illo argumento an eodem modo sit Episcopus
sub Archiepiscopo, quo sacerdos est sub Episcopo, et respondet quod non est
omnino simile. Nam Archiepiscopus non habet immediate iurisdictionem
in illis qui sunt diaconi Episcopi, nisi causa ad eum deferretur. Sed
Episcopus habet iurisdictionem in subditis sacerdotibus cum possit quæ-
libet eorum coram se uocare, et excommunicare. quod Archiepiscopus
non potest in subditis Episcopis, et ratio huius est, quia Episcopus sacer-
dotis natura licet de iure diuino subditus ponatur Episcopo, cui
sit imperfecta respectu illius, ut Dionysius probat, sed Episcopus
subditus Archiepiscopo solum ex ordinatione ecclesie, et ideo in
quibus ecclesie statuit Episcopo Archiepiscopo subiectum, in illis tamen
subiectus est ei; sacerdos autem qui iure diuino Episcopo subditus
in omnibus est ei subiectus, sicut etiam Papa habet imme-
diatam iurisdictionem in omnes Christianos. uidere Pres-
terea quod uis s. Thomas inculcet sacerdotis iure diuino esse
Episcopo subiectos cum suis subditis. nam primo dicit quod na-
turaliter et de iure diuino, quod est dicere quod ratio natu-
ralis exigebat sacerdotem, quasi imperfecto Episcopo tamq[ua]m
falso subditum esse hoc ius Diuinum posuit præstatum
dando iurisdictionem Episcopo super sacerdotibus, et ipsorum
subditos, quam iurisdictionem non habet Archiepiscopus in
Episcoporum subditis, quia iurisdictione Archiepiscoporum, ex ordina-
tione ecclesie est, et ideo non habet ampliozem quam ei ecclesie concessit. quæ
uero Episcopus habet immediatam iurisdictionem de iure diuino in sacerdotibus
et eorum subditos sicut Papa in omnes Christianos inde est, quod sa-
cerdos cum suis subditis subiectus est Episcopo iure diuino. negari ergo non
potest beatum Thomam fuisse in hac sententia quod Episcopi habent præstatum
ordinis, et præstatum iurisdictionis de iure diuino immediati a Christo
per summum Pontificem. tamq[ua]m per eius ministrum, præstatum quidem ordinis
per consecrationem. iurisdictionis uero per simplicem inunctionem.
Unde facilis est solutio argumenti quod ex eodem d. Thoma adducitur
qui in 2.^a 2.^e quæst. 39 dicit quod per Crisma non amittitur
ordinis. quia habetur per consecrationem, iurisdictionis uero amittitur
quia

quia accipitur ab homine scilicet ibidem s. Thomas noluit dividere
 medium, per quod utraq[ue] p[ar]tes derivatur, sed modum quo derivatur
 ex eo enim dicit p[ar]tem ordinis esse inamissibilem, quia habetur per
 consecrationem. iuris dictionis vero amitti quia accipitur per sim-
 plicem hominis inunctionem, quod centies iam repetivimus. neq[ue] s.
 Thomas hoc in loco neq[ue] immediate in alio, quem ego uiderim dicit
 iurisdictionem accipi ab homine immediate tamq[ua]m a causa secunda
 sed solum accipi ab e[ss]e, quod intelligendum est tamq[ua]m a [S]c[ri]p[t]o ministro
 per simplicem inunctionem ut satis nos probasse illius uerbis
 ex animabus

Redeamus iam ad illud caput 76. Summa contra gentiles ubi cum
 probaretur potestatem summi Pontificis perpetuo in ecclesia esse
 duraturam inquit Thomas quod ita illos qui tunc erant in ministerio
 constituit ut eorum p[ar]tes derivaretur in posteros pro utilitate ecclesie
 usq[ue] in finem seculi, sed inter ceteros constituit Apostolos in mini-
 stero ep[iscop]ali. Ergo omnis p[ar]tes, que ad exercendum ministerium
 ep[iscop]ale necessaria est in posteros fuit derivata. huiusmodi aut[em]
 est p[ar]tes iurisdictionis, que tam necessaria ep[iscop]o est, ut ep[iscop]us mini-
 strium suum p[ar]te sine ea prestare non possit. Ergo tam
 potestas iurisdictionis, quam potestas ordinis quam habent ep[iscop]i
 ab Apostolis derivata est.

Quae dicta sunt unica ratione aliqua ex parte conabor explicare
 consideremus ep[iscop]um mediolanensem in duplici statu altero post
 electionem ante consecrationem, altero uero, postq[ua]m fuit consecratus
 quod non habuerit electus p[ar]te consecrationem, profecto nihil,
 et tamen electus nondum erat ep[iscop]us non p[ar]te, non habebat proprias
 oves, nec pro eis animam suam ponere tenebatur. non erat in statu
 perfectioris, nec sponsus illius ecclesie, ac proinde poterat eam sine
 culpa dimittere. ergo per consecrationem omnia ista immediate
 a [S]c[ri]p[t]o accipit, quod firmatur auct[orit]ate diuini Romae qui 22. q. 1. 8. 9
 ar. 6. ad 2. et 3. aeg. dicit hanc differentiam esse inter curam

aminarum, quam habet plebanus, et eam quam habet Epus quod
illam plebanus accipit per simplicem inunctionem, hanc uero
per solemnem consecrationem atque inde efficit ut Epus sic in
perfectioris, et proprie pastoris, et quod teneatur animam suam
pro quibus suis et sufficere deberent ista quae Epus habent
consecrationem ut declarantur esse institutos iure Divino, et
superiores, quia scilicet potestatem superiorem, et aliorum
potestatem haberet, quicquid esset de iurisdictione. sed dicitur forte
omnia ista haberi posse sine iurisdictione de hac re duae sunt
opiniones. nam quidam dicunt quod potestas pastoralis quae recipitur
per consecrationem est ipsa potestas iurisdictionis, cuius usum, et
exercitium Epus habere non potest, nisi Papa ad quem ^{pertinet} habeat materiam
hoc est subditos, quos simul cum consecratione dat, quia nullus
consecrari debet, nisi ad certam Ecclesiam, cum
de mandato summi Pontificis consecratur, suscipit a Christo potestatem
potestatem, quae potestas iurisdictionis est, et a papa, de cuius mandato
illius Ecclesiae Epus consecratur, accipit subditos in quos exercet
potestatem iurisdictionis, quam a Christo accipit.

Alij uero dicunt quod potestas iurisdictionis est distincta a potestate
pastoralis, et quod haec recipit Epus per consecrationem, illa
uero a Papa, et ista est communior opinio, et istae opinionis
iudicio potius differunt uerbis quam rebus, quod enim primi
Epum accipere materiam a Papa, posteriores dicunt esse accipere
iurisdictionem, quia nihil aliud est dare subditos, et sine
sine illo modo dicatur cum in ea sententia quod materiam
iurisdictionem, aut iurisdictionem secundum aliam
recipit Epus immediate a Christo per sum. Pont. ut abunde
demonstratum est

Superest nunc respondere ad duo praecipua argumenta quae
contra hanc sententiam adducuntur, primum est Epus conse-

bus

129 91

tus habet eandem iurisdictionem quam habuit ante consecrationem cum esset electus. sed ante consecrationem habuit iurisdictionem a Papa non precise ut ministros sed ut ab eo habent iurisdictionem Archiepiscopi, et Capitulum sede uacante. Ergo Episcopus non habet iurisdictionem a Christo derivatam per summ. Pont. tamq[ue] per ministrum. respondetur quod aliter habet Episcopus iurisdictionem post consecrationem q[uam] habuit per electionem, et quam habeant Archiepiscopi, et Capitulum sede uacante. nam hi habent iurisdictionem non ex Christi institutione, sed ex sola ecclesie ordinatione possit enim summ. Pont. tollere iurisdictionem a Metropolitanis et per se, uel alia ratione, quam iudicaret expedire Episcopos gubernare sicut modo quidam illorum sine Metropolitanis sunt. posset etiam ordinare ne capitula sede uacante, aut electi aliquam gubernationem haberent. posset enim gubernationem ecclesie uacantis Archiepiscopo, aut vicario Episcopo committere quia omnes illi habent iurisdictionem ex sola ecclesie ordinatione participatam ab illa suprema iurisdictione quam Papa habet in tota ecclesia, ita ut propriissime dicantur uice summi Pont. illam iurisdictionem exercere, sicut officialis meus uice mea, et per iurisdictionem participatam ab ea quam ego habeo gubernat ecclesiam meam sed multo aliter dicendum est de iurisdictione Episcopi. Nam illam habet Episcopus ex ordinatione, et institutione Christi quamuis illam habeat per summ. Pont. tamq[ue] Christi ministrum, ad quem pertinet diuidere Episcopos, et in illis Episcopos precipere cuius certissimum argumentum est, quod non potest summ. Pont. non constituoere in ecclesijs Episcopos quotquot iudicauerit esse necessarios, nec potest non dare eis omnem iurisdictionem necessariam ad suas ecclesias gubernandas nisi uelit facere contra ordinationem Christi, et eius institutionem preterire. unde colligitur multo aliter esse

ministrum in distribuendis, et disponendis iurisdic^{tion}ibus
in condendis Canonibus quia Christus instituit Ep^{iscopos} cum
pastorali et iurisdictione necessaria ad illam exercendam, quod
genus ministrorum instituit perpetuo duraturam in ecclesia per
sum. Pont. dispensandum, unde eor^{um} iurisdictionem est pariter
ab illa suprema summi Pontificis a Christo instituta

Secundum arg^{um} est ad probandum quod iurisdictione non derivatur
per sum. Pont. tamq^{ue} per Christi ministrum quia de ratione ministri
est quod operetur abstractus certo modo, et forma quam non licet
ei praeferre ut est videre in ministris sacramentorum. sed sum.
Pont. est omnino liber in dispensanda iurisdictione Ep^{iscoporum} quos
quos vult facit Ep^{iscopos}, et quando, et ubi vult ergo non desinat
satis iurisdictionem tamq^{ue} minister respondetur. primo quod si
arg^{um} aliqua esset vim probaret etiam quod consecratio
non derivaretur per sum. Pont. tamq^{ue} per ministrum quia
liber est in consecrandis Ep^{iscopis} q^{ui} in ipsis eligendis, et si dicitur
differentiam esse. quia consecratio semel facta nec potest
minui, nec tolli. iurisdictione vero sic respondetur hoc non esse
ex eo q^{uia} quod iurisdictionem tribuat Papa, sed quia iure
Divino Papa superior est Ep^{iscopis} ea ratione undecumq^{ue} Ep^{iscopis} iurisdictionem
haberent posset ex causa Papa illam minuire
et omnino tollere in quo ergo dignoscatur q^{ui} sit minister

q^{uia} non sua potestate ep^{iscopis}
delegat, sed eam que
pro ip^so est a Christo in
gloria ex ep^{iscop} ordina
tione dispensat. 13

cum tam liber sit in dispensanda iurisdictione, nempe quod
licet in multis sit liber sicut oportebat ministrum qui toti
gubernanda praeuebat in quibusdam tamen liber non
quia ut dicebamus, non potest non constituere per ecclesias ep^{iscopos}
quos iudicauerit esse necessarios, neq^{ue} potest non dare illis iurisdictionem
necessariam ad ecclesias suas gubernandas, nec
ei quoscumq^{ue} de fece vulgi praeficere, sed quales Paulus requirit
sine crimine ut decet Dei dispensatores hac ratione tamq^{ue}
liber iurisdictionis Ep^{iscopos}, dispensat, atq^{ue} distribuit quod ex

plō manifestatur, si quis seruo, quem fidelem arbitretur ex-
 haberet claves thesaurorum suorum ut eos in pauperes erogaret
 dubitari non pot seruum illum quantumvis sit liber in distribu-
 tuenda illa pecunia. quia pot huic dare et non illi dare illi
 plus huic minus nihilominus non tamq dominum, sed tamq
 ministrum non suū sed domini sui ^{du} pensare, quia, ut non excedat
 ministerij rationem satis est quod in omnibus liber non sit, nec
 enim potest pecuniam sibi retinere neq, alijs q, pauperibus erogare

penuria

It eandem sententiam meam absolutam certiss^m puto debere esse or-
 uis Cath. quocumq, iurisdictione a Papa deruetur siue ut a causa
 secunda, ut illi uolunt, siue ut a ministro, ut nos intelligamus
 eam ex ordinatione, et institutione diuina ep̄s deberi. neq, puto
 quicq, esse qui audeat dicere Papam non tenere ex ordinatione
 et constitutione diuina constituere ep̄s, et illis iurisdictionem
 necessariam h̄c exhibere quod satis esse censeo ut tamq ueritas
 Cat̄ca a s. synodo contra hereticos deformatur ep̄s esse iure
 diuino institutos, et presbyteris superiores sicut in antiquo
 Canone habetur. Placere etiam si adderetur ep̄s eodem iure
 Rom. Pont. (Sic in terris uicario, in quo est plenitudo potestatis)
 subiectos esse. (Cetera uerba que tractata sunt de modo quo iuris-
 dictio a sum. Pont. in ep̄s deruetur aut omittentur omnino
 tamq non necessaria aut in aliam sessionem reijciuntur ut
 post disputationem Theologorum Patres de ea re sententias
 dicerent, hac caā esse dicta esse uolo sub censura s. synodi 20

Ephraimus lib. 3. c. 75. contra Arium hereticum, qui dicebat in-
 hic ep̄s à presbitero differre, dicere, inquit) iym ep̄s et pres-
 biterum equalis eē quom̄ erit possibile, ep̄s. n. ordo Patrum
 generator est, Patres. n. gn̄at d̄ct̄, quod non p̄ presbiter, et
 infra, et q̄ nō p̄ eadē eē docet d̄ct̄us Ap̄t̄l̄s q̄m̄ quis dicit ep̄s
 et quis presbiter cum dicit ad Thimote. qui erat ep̄s, pres,

monē diuini appen-
 (Causa Ap̄t̄l̄s Simonem.)

presbiterum ne obiurges sed adhortare velut patrem, quod negotium
esset epi, ut presbiterum non obiurgaret, si non super presbiterum
placem haberet, quemadmodum et dicitur rursus, aduersus
presbiterum ne cito admitteris accusationem, nisi coram duobus
et tribus testibus, et non dixerit ad aliquem presbiterum, ut
ne eum obiurgares, et vides quod omnis ruina eius, qui ex diabolo
concussus est, non est exigua. Hec ille. / Confessio, ex
traditione habet neminem episcopum consecrari, nisi ad certam ecclesiam,
si ergo alius ^{instituitur episcopus} instituitur episcopus habiturus certam ecclesiam, hoc ad
est habere iurisdictionem, ergo instituitur episcopus habiturus iurisdictionem
dictionem. / Item confessio, si quis de mandato Papae consecratur
episcopus aliam ecclesiam, seclauso in eius potestatem, haberet omnia
placem necesse ad gubernationem illius ecclesiae et hanc a
deo, quod Papa magis alius fuit quod consecratur ad illam ecclesiam.